Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collatio locorum de consolatione

Melanchthon, Philipp

Vvitenbergae, 1549

Tertius.

urn:nbn:de:bsz:31-61720

Visual Library

Bona conſcientia. Leuatio eſt miſeriarum, etiam in Ethnicis, cõſcientia rectorum conſiliorum & rectæ uolũtatis, ſed multo magis in Eccleſia, ubi mens uere intuetur iudicem Deum, ut in Pſalmo 43 dicitur. Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum, nonne Deus inquirit iſta, ipſe enim nouit abſcondita cordis, quoniam propter te mortificamur tota die. Et Paulus inquit, Hæc eſt gloriati o noſtra teſtimonium cõſcientię noſtræ.

Deinde etiamſi quedam errata inciderint, nos in Eccleſia maxime ſcimus multo maiores morbos & lapſus hominum eſſe, quam ſapientia humana eſſe iudicat, & ſcimus tegi & ſanari lapſus & errata in his, qui agnitionem, fidem & inuocationem filij Dei retinent. Habuerunt magnos lapſus

Moyſes

Moyses, Aaron, Dauid, Iosias, & innumerabiles alij, & tamen hanc consolationem, tenuisse quam recitat Dauid in Psalmo 32. Beati quorum remissæ sunt iuiquitates & quorum tecta sunt peccata. Confugiamus igitur a filium Dei.

Quartus.

Exempla. In Ecclesia maxime illustria exempla habemus, quæ perspicue ostendunt & uoluntatem Dei esse, ut similes efficiamur imaginis Christi, & simul nos de causis eius consilij erudiunt, Multa etiam in his sunt liberationum testimonia, ut postea dicetur, & expresse scriptum est. Iudicium a domo Dei incipit. Cum igitur totum illud Pulcherrimum